



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

HISTORIAE  
ERFVRTENSIS  
LIBER I.



ERFORDIA S. Moguntinae  
Sedis filia, Thuringiae  
Metropolis, communi-  
rerum humanarum fato  
exilibus initiis nata, cre-  
vit, floruit, adolevit, ce-  
cidit, nec sanctam Matre  
minus respexit, quam cum jacuit; Scilicet  
malis, quibus culpâ suâ premebatur, obsti-  
nator, ei offensa, cujus amorem & consilia  
respuerat: Verum licet discola, tamen fi-  
lia mansit. Igitur mater in jacentis auxi-  
lium nunquam non prona, donec tandem  
iterum erexit diu reluctantem. Hæc nar-  
rare mihi consilium est cum studio veri-  
tatis.

Ad Geram fluvium, quem Gabreti mon-  
tes in hanc Thuringiæ planitiem effun-  
dunt, non Conditoris cujusdam destina-  
tione, sed fati, conjunctis è vicis & tuguriis  
Urbs hæc concrevit. † Quippe Majores  
nondum illecebris corrupti, umbrâ arbo-  
ris, vel intexto cespite contenti, non illis  
Urbs, non fixa sedes, nisi quod fatorum  
spicas expectarent, post greges per campos  
& nemora, virtutes suas circumtulerunt.

† Majorum  
vivendi ra-  
tio.

A

Per-

Perstitit innocens felicitas, usque dum gentium illi fluctus omnem fermè Europam inundarunt : † Attila ex Pannoniis exercitu quadringentorum millium venit, Thuringi vix antea avitis circa Isalam sedibus à Clodio (a) Francorum secundo rege pulsi, ex utique Duisburgo (b) Onistrutæ & Geræ fluenta infederant, exilium in patriam mutaturi. Illa (c) è saxeis Eichsfeldiæ montibus supra Dingelstadium scaturit, inde longissimo tractu septentrionalem Thuringiam interfluit, variis postmodum rivis auctior ipsaque Gerâ propè Gøbesen receptâ, Finnicos montes ad Saxenburgum (d) perrumpit, ac verso ad Austrum fluxu patriæ orientales terminos alluit, donec limitantem eandem Salam infra Naumburgum subit. Attilæ viribus impares Thuringi, donis & subjectione hostem conciliarunt, postea expeditionis socii. Cæso in Catalaunicis Campis Tyranno, & in latibula reverso, † ne segreges per calamitas iterum obrueret, arces extruere, sua jungere mapalia cœperunt, ut viribus unitis fortiores certatim omnes excubarent.\*

† Attilæ adventus.

† Causam urbibus excubiendi præbet.

\* ccccl.

Præ-

- (a) Aimoinus lib. 1. cap. 4. quem sequitur Joannes de Bussieres Hist. Franc. lib. 1. c. 4.  
 (b) Alii Disparjum, Duispargum & aliter vocant, de quo ejusque situ varia apud Chifletium in Anastasi Childerici Regis cap. 1. in Clodio.  
 (c) Bussier d. lib. 1. c. 24. de anne Onestrud ait : quis ille fuerit certo non scitur. Sed nobis in his partibus est notissimus.  
 (d) Situs loci fabula causam dedit, quasi arte perrupti montes, & antea in aquis stagna venis Thuringia.

(a) Præsertim † pinguis gleba, quam Gera † Erfordia  
 eo loci humectat, ubi colles in planitiem *initia, situs,*  
 utrimque recedunt, agricolas invitavit, illi *nomen.*  
 fluminis commoditate, campisque inducti,  
 ad Geræ vadum propè collem, (b) cui ar-  
 cem aut venaticam domum Rex Thuringo-  
 rorum Meroveus imposuerat, tuguria fi-  
 gunt, hinc Gersfordia (c) hodia Erfordia sur-  
 rexit. Hæc cum reliquâ provinciâ Wasini † *Wasinus*  
 ni † \* imperiū adoravit, (d) quem Thuringi *Thuringo-*  
 sibi Regem fecerant. Nec tamen ita res *rum Rex.*  
 suas firmavêre, quin novis etiam in sedibus  
 Franci † tributa indixerint, aut fortè sub  
 tributorum legibus hanc continentem assi-  
 gnaverant Victores, cùm ex avita provin-  
 cia pepulêre. Quæ cum interrumperent vi-  
 cti\* (e) atroci bello ad pristinos census ada-  
 cti sunt; igitur ulterius pependerunt, usq;  
 dum indigenâ Regum stirpe fratricidiis ex-  
 tinctâ prorsus in Francorum potestatem  
 laberentur. Etenim Wasinus † Thuringo-  
 rum Rex (f) cùm filios tres haberet Her-  
 manfridum, Waldericum & Wertharium, *ejus discor-*  
*dia.*

\* CCCCLX

† Francis  
Tributarius\* CCCCLX  
XXXIII.

\* DXVIII.

† Filiorum  
eius discor-  
dia.

A 2 in

(a) Laurentius Peccensteinus in *Theatro Saxon. de Erfurto*  
 & *Chronic. Thuring. commun.*

(b) Ernestus Brotturff in *Genealog. Princip. Anhalt. cap. 2.*  
*ubi de duobus Merovingisburgis ad agnoscendum plerorumq; er-*  
*rorem vide quæ dicam infra ad An. 1074.*

(c) Peccensteinus *dicto loco.*

(d) Rivander in *Chronic. Thuring. pag. m. 30.*

(e) Rivander *ad hunc annum.* (f) Sigebertus *ad eundem*  
*annum.* Gregorius Turonensis *hist. 3. c. 4. quos sequitur*  
*Busieres hist. Franc. 1. c. 2. Rivand. in Chron. Thuring. ad*  
*annum 518. Conf. Anon. Chron. Erf. ms.*

† Sufflata à  
fœminâ.

in eos hæreditatem divisit. Vixissent sorte  
sua contenti Fratres, nisi cupido muliebris  
concordiam rupisset. (a) Fuit Herman-  
frido uxor Dietheri Gothorum (b) in Italia  
Regis filia, † cui Ammelwerta nomen, hæc  
paterno tumida spiritu, sexûs avaritiam do-  
lis & crudelitate nutriebat, & cum accubi-  
turo ad prandium marito, dimidiatam so-  
lùm mensam instruxisset, ac dimidiato Re-  
gi convenire talem exprobrasset, ulterius  
ad exuendos coheredes incitans, *habes, in-  
quit, fratres, qui non contenti potissimas partes re-  
gni paterni, virtutibus tuis ex integro debiti, præripu-  
isse, nostris etiam facultibus insidiantur, nec dubita-  
veller quod possunt, possunt autem potentiâ duplo majo-  
ri te diripere. Cessat fraternus amor, ubi bona incipi-  
unt. Igitur ne ictum expecta, sed quod prudentis  
est, averte, ac ubi vires non suppetunt, dolo rem age.  
Ecce in primis adhuc hærent consiliis, & sicut accin-  
ctis eris impar, ita faciler dum arma cudunt, oppri-  
mes. Nec tamen simul laceße, Wertharium sicut im-  
becilliozem viribus, sic invidiâ tumidiorem evertet,  
faciler postmodum hujus spoliis validior Waldericum  
debellabis, & ad paternam potentiam ascendes. Po-  
stulat hoc natorum tuorum felicitas, quos frequentes  
tibi genui, pluresq; uteris spondet: alias enim vel invidi-  
diâ fratrum exulabunt, vel saltem exigui patrimonii  
quod habes, divisione ad privatorum fortunam redi-  
gentur.*

† Herman-  
fridus Wer-  
tharium fra-  
trem necat.

II.

Suffecit uxoris oratio ad scelus, quod ut  
feliciter perpetraret Hermanfridus, † non fra-

(a) Rivander ad hunc annum.

(b) Aimoinus de gestis Franc. l. 2. c. 9. Buffieres dicto  
loco.